



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Virginis Angelis assimilantur, n. 9

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Gentiles valde raris huiusmodi flos inueniretur, quo tamen post Deiparam Christi Ecclesia per vniuersum orbem copiose, cumulatè que abundat. Non me latet apud Romanos Virgines fuisse Vestales, sed earum tamen virginitas, quod teste Ambrosio libro primo de Virginitate, & libro 2. Epistol. 12. in Symmachum, esset emptitia, temporaria, ac fastu plena, & ad paucissimas spectaret; nulla ex parte cum Christianorum Virginitate est conferenda, quæ & perpetua, & ab omni pulchritudinis lenocinio, ac lucris aliena, multitudine innumeras complectitur, & humilitate, ac jejunijs gaudet. Cæterùm quoniam Virginitas in sacris litteris, vt diximus, adeo magnificatur, hinc præclara virginitatis præconia apud Patres reperiuntur. quorum aliqua in præsentia recenseamus.

In primis Nazianzenus carmine de virginitate, sanctissimam Trinitatem propter summam, quæ in diuinis processionibus inuenitur puritatem, Primam Virginem appellauit his verbis.

*Prima Tris Virgo est, siquidem Patre natas Anarcho  
Filius est, nec enim Pater ortum traxit ab vllis,  
Vipote principium rerum, & vitalis origo  
Mors nec humano generauit sanguine natum,  
&c.*

Atque ita virgines hæc Dei puritatem suo modo imitantur.

VIRGINES ANGELIS  
assimilantur.

9 AD hæc per Virginitatem Patres sæpè homines Angelis æquari probant ex illo Matthæi 22. In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicuti Angeli Dei in celo.

In primis Nazianzenus in carmine de virginitate.

*Salus Virginitas d. vino tradita dono,  
Mater inoffensa vita, bona maxima fundens,  
Christi pars, & SPIRITIVS foecata supernis.*

*Ignarus Thalami.*

Idem Nazianzenus oratione in illud: Non omnes capiunt verbum: Non secundum carnem vivere, Angelicus est, & superius nature.

Cyrillus Ierosolymitanus cathec. 12. Non ignoremus, inquit, castitatis gloriam, Angelica enim est corona, & supra hominam hæc perfectio. hæc Cyrillus.

Athanasius in fine libri de virginitate. & virginitas, inquit, opulencia indeficiens, corona immarcescibilis, Templum Dei, Domicilium Spiritus sancti, Margarita speciosa, vulgo inconspicua, Gaudium Prophanorum, Gloriatio Apostolorum, ANGELORVM vita, Sanctorum corona.

Idem Apologia ad Constantinum: Christus, inquit, Dei filius, homo propter nos factus profugatus morte, inter cetera dona sua largitus est nobis in Virginitate exemplar Angelica sanctitatis.

Tertullianus libr. 1. ad uxorem: Puella, inquit, in terris non nubendo de familia Angelica deputantur.

Cyprianus libr. 2. de discipl. & habit. virgin. Cum casta perseveratis, & Virgines, Angelis Dei estis æquales.

Hieronymus epist. 22. Filius Dei, vt ingressus est super terram, nouam sibi familiam instituit ut qui ab Angelis adorabatur in celo, haberet angelos (id est Virgines) & in terris.

Ambrosius libro 1. de virginit. Nemo, inquit, miretur, si Angelis comparemur, quo Angelorum Domino copulantur, & infra: Castitas etiam angelos facit, qui eam seruauit angelus est, qui perdidit, diabolus.

Cassianus libr. 6. cap. 6. Nulla, inquit, virtutem propter carnales homines spiritalibus angelis imitatione conuersationis aequantur, quam meritis & gratia castitatis, per quam adhuc in terra degentes, habent secundum Apostolorum municipatum in Cælis, quod deposita corruptela carnali habituros promittitur in futurum hic iam in carne frangibile possidentes. sic Cassianus.

Augustinus sermon. 46. de verbis Domini, loquens cum ijs, qui castitatem vouerunt:

Memento, inquit, in quocunque sexu sitis, sus mares, siue femina, Angelorum vitam ducere vos in terra. Angeli enim nos nubunt, neque uxores ducunt. Hoc erimus cum resurrexerimus. Quando vos meliores, qui id, quod erunt homines post resurrectionem, hoc vos incipitis esse ante mortem.

Idem Augustinus libr. 1. de sancta virgin. c. 23. virginitas, inquit, Angelica portio est.

Petrus Chrysologus serm. 143. eam præfert quodammodo angelis: Angelis, inquit, semper cognata virginitas in carne præter carnem vivit.

Ambros

Nazianz. Sanctiss. ma Trinitas prima Virgo a Nazianzeno.

Virgines Angelis comparantur Matth. 22.

Nazianz.

Cyrillus

Athanas

Tertullian

Cyprian

Hieron

Ambros

Cassian

Phil. 2.

Matth. 22.

August.

Matth. 22.

August.

Chrysolog.

vivare, non terrena vita est, sed celestis: & si vultis scire, Angelicam gloriam acquirere maius est, quam habere, esse Angelum felicitatis est, Virginitatem esse virtutis & Virginitas enim hoc obtinet viribus, quod habet Angelus ex natura, Angelus ergo & Virgo divinum agunt officium, non humanum, ita Chrysologus.

Sophron.

Eadem antea dixerat Sophronius inter opera Hieronymi serm. de Assump. Idem indicat Bernard. epist. 42. Castitas, inquit, Angelum de homine facit, & si Angeli castitas felicitior hominis tamen fortior esse cognoscitur. Idem habet Bernardus epist. 113. cuius rationem insinuat, Angelus, inquit, habet virginitatem, sed non carnem. Quare Augustinus serm. 250. ait: Inter omnium Christianorum certamina, sola clariora esse praelia castitatis, ubi quotidiana est pugna, & rara victoria.

Bernard.

Bernardus epist. 113. cuius rationem insinuat, Angelus, inquit, habet virginitatem, sed non carnem. Quare Augustinus serm. 250. ait: Inter omnium Christianorum certamina, sola clariora esse praelia castitatis, ubi quotidiana est pugna, & rara victoria.

Augustin.

Inter omnium Christianorum certamina, sola clariora esse praelia castitatis, ubi quotidiana est pugna, & rara victoria.

Virgines

sunt draci-  
pua Eccle-  
sia nebra.  
Ignassus.

10 Ad hæc Virgines inter præcipua Ecclesie membra adnumerantur. S. Ignatius Romam ad martyrium proficiscens epist. 10. ad Heronem, cui Antiochenam Ecclesiam commendabat: Virgines, inquit, serua, ut pretiosa Christi monilia, & epist. 4. ad Tarcentes: Eas, inquit, que in virginitate degunt in pretio habere velut Christi sacerdotes.

Athanaf.

Athanafius in Apologia ad Constantinum, Cerid puellas, inquit, virginitate præditas sponfas Christi Catholica Ecclesia appellare solua est, quas Ethnici conspicias, ut templum Verbi admiratione prosequuntur. Has præ reliquis omnibus beata memoria Pater tuus Constantinus Augustus in pretio habuit, & tua religiositas sapè in suis scriptis pretiosas, & sanctas nominavit sic ille.

Terull.

A Tertulliano lib. de pudicitia, Virgines dicuntur, Flos morum, Honor corporum.

Cyprian.

A Cypriano loc. cit. Flos Ecclesiastici garmeni, Decus, atque Ornamentum gratie spiritualis, tota indolis Laudis, & Honoris, opus integrum atq; incorruptum. Dei imago respondens ad sanctitatem Domini, illustrior Partio gregis Christi, ita Cyprianus. Cuius verba refert ex eodem Augustinus libro 4. de doctrina Christian. cap. 21.

Hieronym.

Hieronymus ad Demetriadem de seruanda virginitate: Habet, inquit, & pudicitia seruata Virginitatem vocat principalem virtutem: Non enim, inquit, sedè laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres faciat, pietæque enim propter seruandam virginitatem ea occasione martyrium subicere, ut

de sancta Agnete, sancta Agatha, & alijs, quas in tractatu de Virginitate lect. 5. & 6. recensimus, memoriæ proditum est. pergit Ambrosius: Quis, inquit, humano eam ingenio posse comprehendere, quam nec natura susclusit legibus, aut quis naturali voce completi, quod supra usum natura sui? de caelo accersuit, quod imitaretur in terris: nec immerito videnti sibi, usum quasi sibi de caelo, qua sponsum sibi inuenit in caelo. & quoniam Elias nudius corporis & Reu. coitus fuisse permixtus cupiditatibus inuenitur, ideo rapus curru ad Cœlum, ideo cum Domino apparet in gloria, ideo Dominicus venurus est præcursor aduentus hæc Ambrosius.

Et quod ad insignem virginitatis commendationem facit, Christus Dominus (ut verbis utat Hieronymi epistola 22. ad Eulochium) Hieron. virginitatem in se, & in matre sua dedicare voluit: propterea Damascenus libro 4. de fide cap. 25. Christus, inquit, virginitatis decus est, & ornamentum, ut qui non modo ex patre intra congressum sui genitus, sed etiam carnem ex Virgine sine virili congressu assumpsit, ipseque omnibus numeris absolutam virginitatem in se ipso ostenderit, ita Damascenus.

DEIPARA VIRGO PVIRITATE omnes tum homines, tum Angelos superat.

II CVM igitur ea sit virginitatis præstantia, & Deo ita grata, mirum non est si virginitatem, ut dicebamus ex Hieronymo, non tantum in se, sed etiam in Maria dedici voluerit: Et consistorum, inquit S. Thom. 3. part. q. 28. art. 4. ad 2. obseruatio, qua per gratiam Dei fit, & si perfectè quisdem incipit in Christo: alioquo tamen modo fuit inchoata in Virgine matre eius. ex quo infert S. Thomas, Virginitatem ante Annunciationem ab Angelo votum virginitatis absolutum emisisse. Quare Bernardus homi. 2. super Matheus est: Voluit, inquit, matrem suam esse Virginem, de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus, & mox: ut igitur, qua sanctum sanctorum conceptura erat pariter, & paritura sancta esset corpore, accepit donum virginitatis, ut esset & mente, accepit & humilitatis. Idem hom. 1. Et si placuit ex virginitate, tamen ex humilitate concepit, & intra: Felix Maria, cur nec humilitas desuis, nec virginitas, & Ambrosius epist. 82. ex Dei-

Ambros.  
Hieron.  
Damasc.  
S. Thom.  
Bernard.  
Ambrosius